

Band IV., Nr. 1000, Seite 50-51

Pfalzgraf Rudolf von Tübingen tut kund, dass mit seiner Zustimmung der Kanoniker Berthold von Neuhausen in Sindelfingen und dessen Schwester, die Wittve Hadewig, einen Hof in Sindelfingen unter den hinzugefügten näheren Bestimmungen an die Kirche des heiligen Martin daselbst vergabt haben.

Ohne Ortsangabe, 1243. Januar 6.

Nos Rvdolfus, dei gratia palatinus comes de Tvingen, notum esse volumus universis presens scriptum inspecturis, quod Bertoldus de Niwinhusin, canonicus in Sindilvingen, et Hadiwigis vidua, soror eius, curiam sitam trans ripam Sindilvingen, quam emerunt a Heinrico de Wildenowe, cum omnibus pertinentiis suis, cultis et incultis, de consensu et voluntate nostra contulerunt ecclesie sancti Martini in Sindilvingen, recipientes dictam curiam a preposito et capitulo pro certa pensione videlicet, ut, quamdiu ambo vivunt, quolibet anno in festo beati Martini persolvant quinque solidos Hallensium ad denarios fratrum; cum vero alter eorum decesserit, qui superest in anniversario premortui decem solidos Hallensium persolvat, quorum octo inter fratres qui presentes fuerint, duo inter pauperes dividuntur; postquam vero reliquus mortuus fuerit, Fridericus, Otto et Bertoldus, liberi prenominati Ber(toldi) de Niwinhusin, qui sibi et dicte sorori sue in predictis bonis ex pacto succedent, in utriusque anniversario decem solidos Hallensium persolvent, qui dividuntur inter fratres et pauperes secundum modum prenotatum. Post obitum vero predictorum trium, videlicet Friderici, Ottonis et Bertoldi, curia predicta cum attinenciis suis libere cedet ecclesie sancti Martini, nec ipsi in vita sua alienandi quidquam de bonis predictis habebunt aliquam potestatem. Postquam autem curia sepedicta libere ad ecclesiam sancti Martini pervenerit, canonici predicta anniversaria celebrabunt, summam denariorum predictorum inter fratres presentes et pauperes dividendo. Si quid vero anniversariis peractis de proventibus predictae curie superfuerit, annuatim in fratrum denarios convertetur. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem litteram sigillo nostro et capituli in Sindilvingen iussimus roborari. Actum anno domini M^o. CC^o. XLIII^o., octavo idus Ianuarii.

Der Textabdruck folgt dem Original.

II

Von den einst an Pergamentstreifen anhängenden Siegeln ist noch vorhanden das pfalzgräfliche, auf gewöhnlichem Wachs., allerdings ziemlich verdorben, sodass insbesondere von der Umschrift nur einige nicht zusammenhängende Buchstaben übrig sind. Es wurde bereits zu Urkunde Nr. 993 (WUB, Bd. IV, S. 4443 f.) beschrieben.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 17

Editionen:

JOHANN STEPHAN BURGERMEISTER: Codex diplomaticus equestris cum continuatione, Oder Reichs-Ritter-Archiv und dessen Fortsetzung, 2 Bde., Ulm 1721, Bd. 2, S. 575. Ritterschaftliche Replik in der Oberndorfer Kollektat. Sache, lit. U. LUDWIG SCHMID: Geschichte der Pfalzgrafen von Tübingen nach meist ungedruckten Quellen nebst Urkundenbuch. Ein Beitrag zur schwäbischen und deutschen Geschichte, 2 Bde., Tübingen 1853. , Bd. 3, Nr. 14.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Rudolf; Pfalzgraf von Tübingen

Ortsindex:

Neuhausen auf den Fildern Wohnplatz (413)

Neuhausen auf den Fildern, ES

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

Sindelfingen Wohnplatz (211)

Sindelfingen, BB

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ

Wildenau Wüstung (23697)

Wildenau, Pliezhausen, RT, W